

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

De vsv particvlae sola

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

multis uidetur exigua, maximas quæstiones deinde  
paritura esset si agitaretur. ut uerissima admonitio  
de discordia tradita est: Parua scintilla totam fuluā  
uno incendio perdere potest. Obtestamur ergo col-  
legas uestros, ut malint tueri tranquillitatem Eccle-  
sie, quam mouere quæstiones non necessarias, qui-  
bus disïdia accenduntur. 1549.

Ioannes Bugenhagen Pomeranus D:  
Philippus Melanchthon.

D E V S V P A R T I C V L A E  
Sola.

Reuerendo uiro, eruditione et pietate pre-  
stanti, domino Georgio Buchholzer, Pre-  
posito Ecclesiæ Dei in urbe Arctoa,  
amico suo colendo.

Venerande uir, & amice charissime: Multi bo-  
ni & prudentes iudicare possunt, mediocre meum  
studium fuisse, ut cum ab alijs controuersie multæ  
& magnæ, in quibus multa indistinctè dicebantur,  
mota essent, explicatio extaret proprio genere ser-  
monis, necessaria iunioribus, & paci utilis. Quia  
ambiguitas semper gignit discordias. Spero etiam  
ad consensum Ecclesiarum in multis locis, profuisse  
illam propriam loquendi formam. Neque nunc ge-  
nus doctrinæ mutabo, neque curam propriètati re-  
loquendi depouam. Sed sepe ex aula uestra in-  
suaues

suaves reprehēsiones audio, quas publicē tranquillitatis causa dissimulo. Retinco exclusiūam: & si-  
 cut antea plerūque usus sum particula Gratis, que  
 minus habet ambiguitatis, & à Paulo usurpatur,  
 qui, ut artifex, recte loqui uoluit, ita adhuc ea par-  
 ticipula utor. Cito etiā in ipsa refutatione, quam mi-  
 si, dictum: Non iustificabitur in conspectu tuo om-  
 nis uiuens, sic Prophetæ exclusiūam expresserunt.  
 Sed de particula Sola, perpetua est hæc aduersario-  
 rum cauillatio, Fidem non esse solam. Quid ueris-  
 simum est, de ea præsertim fide, de qua loquuntur  
 Ecclesiæ nostræ, cùm Euangelij propriā uocem re-  
 petunt, Fide iustificamur. Vitandæ igitur ambigui-  
 tatis causa dico, m̄ hic non litigare de particula So-  
 la. Et scitis quām multi flagitiose intelligunt parti-  
 culam Sola. Iam uero in refutatione quam misi, pu-  
 gno cum illis qui dicunt, hominem dilectione iustū  
 esse: item, dilectionem esse iusticiam inherentem: &  
 prorsus omittunt fidem, quia cogitat fidem tantum  
 noticiam esse. Hic pugno, ne fides prorsus omitta-  
 tur, cùm uirtutes in nobis recensentur. Existimo au-  
 tem illam meam refutationem ita firmam & perspi-  
 cuam esse, ut dextrè iudicantibus sine calunnia, sa-  
 tisfactura sit. Et declarationem continet conscienc-  
 tij utilē. Mitto pagellas & illustrissimo principi  
 Friderico, & eius magistro & filijs uestris exhibe-  
 das. Iam accepi literas, in quibus scriptum est, Argē-  
 torati

torati ciues nolle Hispnicas copias in urbē intro-  
mittere. Bene uale, die 6 Iunij.

DE MODO CORAM D E O .

iustificandi.

599.

Brenlio. Cuidam amico, hucenzi mi disputationem  
*notata ab Osian,*  
*dico, si articulat,*  
*in de iustifica-*  
*tione.*

Tuam epistolam longiusculam accepi, que fuit  
luculentissima: teq; oro, ut sepe & multis scribas.  
De fide teneo, quid te exerceat. Tu adhuc hæres in  
Augustini imaginatione, qui eò peruenit, ut neget  
rationis iustiam: & recte sentit. Deinde imagina-  
tur, nos iustos reputari propter hanc impletionem  
legis, quam efficit in nobis spiritus sanctus. Sic tu  
imaginaris fide iustificari homines: quia fide acci-  
piamus spiritum sanctum, ut postea iusti esse possi-  
mus: uidelicet impletione legis, quam efficit spiritus  
sanctus. Hæc imaginatio collocat iustitiam in no-  
stra impletione, in nostra mundicie seu perfec-  
tione: etiam si fidem debet hæc renouatio sequi. Sed tu  
reiße oculos ab ipsa renouatione ad totum, reiße  
inquam ad promissionem & Christum: & sentias,  
quod propter Christū iusti, hoc est, acceperii coram  
Deo sumus, & pacem conscientie inueniamus, ex  
non propter illam renouationē. Nam hæc ipsa no-  
uitas non solum sufficit. Ideo sola fide sumus iusti,  
non quia sit radix, ut tu scribis: sed quia apprehen-  
dit Christum, propter quem sumus accepti, qualis-

f cunq;